

# Decreto de la Signatura Apostólica de 23 de abril de 2001

---

## Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal

Prot. N\_ 29550/98 CA

ILERDEN.

*Divisionis bonorum*

(Exc.mus Episcopus-Congregatio pro Episcopis)

### DECRETUM

In causa de qua supra,

Decreto diei 15 iunii 1995 Congregatio pro Episcopis a dioecesi Ilerdensi (in Hispania) seiunxit integrum territorium paroeciarum in regione autonoma Aragoniensi exstantium illudque dioecesi Barbastrensi adnexit, quae dioecesis eodem decreto Barbastrensis-Montisonensis denominata est; praefatum decretum insuper statuit: “documenta et acta praedictarum paroeciarum, clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curia a qua ad Curiam cui nuper sunt aggregata quam primum transmittantur”

Ad haec omnia perficienda eadem Congregatio Exc.mum Nuntium Apostolicum in Hispania deputavit.

Litteris diei 26 iunii 1995 Exc.mus Episcopus Ilerdensis notitias quasdam cum Exc.mo Nuntio Apostolico communicavit circa vindicationes quoad patrimonium s.d. artisticum: ‘Por lo que se refiere al patrimonio artístico se viene reclamando con insistencia el traslado a Aragón de lo que procede de parroquias enclavadas en la zona que se desmembra, sobre todo en periódicos y por personajes políticos más que por los eclesiásticos. Esto provoca una reacción de signo contrario en los mismos círculos de Cataluña, que acusan al Obispo de no salvaguardar el patrimonio artístico del Principado. De hecho, a mi entender, se trata de bienes adquiridos por la Diócesis para el Museo Diocesano, mediante entrega, en su día, de cantidades a las Parroquias respectivas, lo que equivalía a una compra, para evitar su venta a comerciantes de antigüedades, y asegurar así su custodia y permanencia en la Diócesis. Con facilidad se

accedía a que, en determinadas ocasiones y por breve tiempo, en particular las imágenes, pudieran trasladarse a su lugar de origen, con motivo de una solemnidad, etc. En muy pocos casos se trata de bienes depositados solamente en custodia, para conservarlos mejor. De ahí que, me permita pedir que en este tema se acuda al instituto jurídico de la prescripción, o a otra fórmula, que zanjara de raíz cualquier posible polémica o discusión sobre este punto”.

Reapse die 29 iunii 1998 Exc.mus Legatus pontificius apud Hispanicam Civitatem inter alia decrevit: “3) Que el **patrimonio artístico** procedente de las parroquias desmembradas, y que se encuentra actualmente en Lleida, está a título de depósito y no de propiedad, mientras la diócesis de Lleida no pruebe lo contrario en cada caso; por lo que, de ser reclamado por sus legítimos propietarios, debe devolverse”.

Quod decretum Exc.mis Episcopis Ilerdensi necnon Barbastrensi-Montisonensi intimans, Nuntius de re scripsit: “c) En lo tocante al **patrimonio artístico**, constatamos y alabamos la buena gestión realizada por los sucesivos Obispos de Lleida para su conservación, e invitamos a la diócesis de Barbastro-Monzón a materializar su reconocimiento mediante la entrega de algunas de las piezas, también en recuerdo de la pertenencia histórica de estas parroquias a la diócesis ilerdense”.

Die 7 iulii 1998 Exc.mus Episcopus Ilerdensis emendationem necnon suspensionem praefati decreti ab Exc.mo Nuntio Apostolico petiit “Aun lamentándolo mucho, me siento obligado a solicitar, y **solicito la enmienda del Decreto**, y por lo mismo **la suspensión de la ejecución del mismo, en lo que se refiere al patrimonio artístico** (nº 3), conforme a lo previsto en el can. 1734 § 1”.

At die 23 eiusdem mensis et anni Nuntius Apostolicus Episcopo Ilerdensi responsum negativum dedit: “Después de madura reflexión, he llegado a la conclusión de que todas las observaciones habían sido ya tenidas en cuenta en los trabajos preparatorios para la elaboración del Decreto, y en él se da respuesta suficientemente justa y equitativa, por lo cual no considero conveniente su revocación o enmienda”. Eodem tamen tempore clare edixit translationem bonorum caute tuto et discrete sine pompa faciendam esse et hunc in finem novam commissionem peritorum instituit.

Verum die 7 augusti 1998 Episcopus Ilerdensis *Congregationi* pro Episcopis scripsit: “**interpongo recurso contra el Decreto del Sr. Nuncio Apostólico en España, Prot. N. 3008/98 de fecha 23 de julio del presente año**, recibido el día 27 del mismo mes, por el cual, si bien señala algunas normas de ejecución, no acepta la única enmienda solicitada por **el recurrente a su anterior Decreto, Prot. N. 2907/98, del día 29 de junio, la cual se refería solamente al nº 3 del mismo, sobre el patrimonio artístico...**”.

Quam decreto diei 30 octobris 1998 Romanum Dicasterium instantiam reiecit: “... analizadas todas las circunstancias del caso, este Dicasterio se reafirma en el convencimiento de la justicia y equidad del Decreto recurrido y de la necesidad de actuarlo sin dilación, aunque gradualmente. Por ello, deseo comunicarle que esta Congregación para los Obispos rechaza el Recurso de fecha de agosto de 1998 presentado por Vuestra Excelencia contra el mencionado Decreto del Nuncio Apostólico en España. En la motivación del Recurso no se descubre, en efecto, ninguna razón

particular, jurídica o de otro orden, que no hubiera sido ya examinada y tenida suficientemente en cuenta a la hora de emanar el Decreto en cuestión”.

Contra notificatum die 13 novembris 1998 reiectionis decretum, Exc.mus Episcopus Ilerdensis die 21 novembris 1998 ad Hoc Supremum Tribunal recurrit, declarans tamen se ad consensualem controversiae solutionem paratum esse.

Die 15 ianuarii 1999 Cl.mus Adv. Richardus Romano petitionem Huic Supremo Foro exhibuit Episcopi Barbastrensis-Montisonensis ut in causa ad normam cann. 1481-1490 praefata dioecesis intervenire posset. Cl.mus Adv. Carolus Gullo, Patronus Recurrentis, die 30 martii 1999 memoriale pro dioecesi Ilerdensi obtulit. Cum Adv. Romano, Patronus dioecesis Barbastrensis-Montisonensis, die 17 maii 1999 producendae scripturae defensionali renuntiaverit, memoriale Recurrentis die 18 iunii 1999 notificatum est Cl.mo Patrono Congregationis Resistentis, Adv. Carolo Martino, qui die 27 iunii 1999 scripturam pro Publica Administratione produxit. Tandem Rev.mus D.nus Carolus I. Scicluna, Promotor Iustitiae Substitutus, votum pro rei veritate prompsit die 16 iulii 1999, cui responsa praebuerunt partium Patroni.

In Congressu die 9 septembris 1999 habito Exc.mus Praefectus H. S. T. decrevit: “Dilata” Re dein ulterius examinata, Em.mus Praefectus die 31 martii 2001 decrevit: “Congressus, in causa de qua supra, die 9 septembris 1999 haud conclusus, resumetur die 23 aprilis 2001”.

Quibus omnibus praehabitis:

## Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal

**Perspecto quod**, occasione colloquii cum Congregatione pro Episcopis, Exc.mus Episcopus Ilerdensis die 7 octobris 1998 “Pro Memoria” exhibuit in quo aptius definivit obiectum recursus diei 7 augusti 1998: “No se trata de recurso acerca de lo que se determina respecto al título, o presunción de título, que corresponde a las piezas que constituyen el patrimonio artístico depositado en el Museo Diocesano, a saber: que están en calidad no de propiedad sino de depósito en el Museo”

Patet igitur quod Exc.mus Episcopus non impugnat verba Exc.mi Nuntii Apostolici haec: “Que el **patrimonio artístico** procedente de las parroquias desmembradas, y que se encuentra actualmente en Lleida, está a título de depósito y no de propiedad, mientras la diócesis de Lleida no pruebe lo contrario en cada caso”, sed solummodo eiusdem conclusionem: “por lo que, de ser reclamado por sus legítimos propietarios, debe devolverse”;

Attento quod ex contextu novissime relata verba respicere possunt solummodo opera artis quae titulo depositi aliove eiusmodi titulo a Dioecesi Ilerdensi retinentur, quodque Nuntius Apostolicus in casu tantum proposuit principium omnino generale, cuius ratio executionis non indiscriminatim intellegenda est, sed conditione rerum necnon concretis circumstantiis quoad singula opera singillatim consideratis, ideo-

que, si casus ferat, etiam ratione habita expensarum a Dioecesi Ilerdensi factarum pro eorundem singulorum operum conservatione;

Animadverso quod Recurrentis Patronus in praesens loquitur etiam de titulo commodati; quodque etiam in factis specie commodati ad tempus indeterminatum valet impugnatum principium generale ab Exc.mo Nuntio Apostolico propositum;

Cum in casu indicium violationis legis in decernendo aut in procedendo non appareat;

Viso art. 116 Normarum H. S. T. Specialium;

Re sedulo examini subiecta in Congressu, coram infrascripto Cardinali Praefecto die 23 aprilis 2001 habito,

### **DECREVIT:**

**Recursum Exc.mi ac Rev. mi Episcopi Ilerdensis admittendum non esse atque reapse non admitti ad disceptationem coram Em. mis et Exc.mis H.S.T. ludicibus, utpote manifeste quovis carentem fundamento relate ad decisionem qua Congregatio pro Episcopis die 30 octobris 1998 instantiam reiecit adversus decretum Exc.mi Nuntii Apostolici in Hispania diei 29 iunii 1998.**

Pro expensis retineatur cautio ab Exc.mo Recurrente apud arcam H. S. T. deposita. Unaquaeque Pars autem suo Patrono congruum solvat honorarium.

Quod notificetur iis quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, a Sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 23 aprilis 2001.

Marius F. Card. Pompedda, Praefectus.  
F. Daneels, o. praem., P.I.